Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



206

Tunc respondens petrus dixit illi. Ecce
nos reliquimus omnia. et secuti su
mus te. Quid ergo erit nobis? Ihe
sus autem dixit eis. Amen dico vob.
q̃ vos qui secuti estis me. in rege
nerationem cum sederit filius hois
in sede maiestatis suae. sedebitis et
vos super sedes. xii. iudicantes. xii.
tribus israhel. Et omnis qui reliq̃
rit domũ vel fratres. aut sorores. aut
patrem. aut matrem. aut uxorem. aut
filios. aut agros. propter nomen meum.
centuplum accipiet. et vitam eternam
possidebit. Multi autem erunt primi
nouissimi. et nouissimi primi.

Simile est enim Capit. xx.
regnum celorum homini pa
familias. qui exiit primo
mane. vt conduceret operarios in vineam
suam. Conuentione autem facta cum op
arius ex denario diurno. misit eos
in vineam suam. Et egressus circa hora
tertiam. vidit alios stantes in foro
otiosos. et illis dixit. Ite et vos in vi
neam meam. et quod iustum fuerit
dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum
exiit circa sextam et horam nonam.
et fecit similiter. Circa vndecimam uero
exiit. et invenit alios stantes. et di
cit illis. Quid hic statis tota die
otiosi? Dicunt ei. Quia nemo nos
conduxit. Dicit illis. Ite et vos in vi
neam meam. Cum autem sero factum esset.
dicit dominus vineae. pensatori
suo. Voca operarios et reddi illis mer
cedem. incipiens a nouissimis usque
ad primos. Cum venissent ergo qui
circa vndecimam horam venerant. ac
cepiunt singulos denarios. Venien
tes autem primi arbitrati sunt quod
plus essent accepturi. Acceperunt autem
et ipsi singulos denarios. Et accipi
entes murmurabant adversus pa
trem familias dicentes. Hi nouis
simi vna hora fecerunt. et pares illos
nobis fecisti. qui portauimus pondus
diei et estus. At ille respondens vni eorum
dixit. Amice non facio tibi iniuri
am. Nonne ex denario conuenisti mecum.
Tolle quod tuum est et vade. Volo autem et
huic nouissimo dare sicut et tibi.
An non licet mihi quod volo facere.
An oculus tuus nequam est quia ego
bonus sum. Sic erunt nouissimi
primi. et primi nouissimi. Multi enim
sunt vocati. pauci uero electi. Et ascen
dens ihesus hierosolimam assumpsit
xii. discipulos suos secreto. et ait illis.
Ecce ascendimus hierosolimam. et filius
hominis tradetur principibus sacer
dotum et scribis. et condempnabunt eum
morte. et tradent eum gentibus ad de
ridendum. et flagellandum. et crucifi
gendum. Et tertia die resurget. Tunc
accessit ad eum mater filiorum zebe
dei cum filiis suis. adorans et petens
aliquid abeo. Qui dixit ei. Quid vis.
At illa. Dic vt sedeant hi duo fi
lii mei. vnus ad dexteram tuam et vnus
ad sinistram in regno tuo. Respondens
autem ihesus dixit. Nescitis quid pe
tatis. Potestis bibere calicem quem
ego bibiturus sum. Dicunt ei.
Possumus. Ait illis. Calicem quidem
meum bibetis. sedere autem ad dexteram
meam et sinistram non est meum da
re vobis. sed quibus paratum est a pa
tre meo. Et audientes. x. indigna
ti sunt de duobus fratribus. Ihesus autem
vocauit eos ad se. et dixit eis. Scie
tis quia principes gentium dominan
tur eorum. et qui maiores sunt potes